

sonarum adeo in hoc vel illo cœru, quibus aut fidem aut infidelitatem atq; hæresin, de quibus communiùs hæctenus disputa- vimus, tribui in specie atque adscri- bi oporteat. Quamobrem necessaria est hæc quæstio ad intelligendam magis neces- sitatem communicandi externè cum verâ Ec- clesiâ, ejusdemque ecclesiæ unitatem; atque ad usum adeo eorum omnium quæ hæ- ctenus differuimus, quo & deliberatio continetur de capeffendâ religione & cõ- munionem hujus vel illius cœrus; & de offi- ciis potissimis quæ circa alterius commu- nionis homines à Christianis postulari possint.

de po-
tentiâ
ad fidẽ
& cha-
ritatẽ
salvifi-
cam,

II. Notandum autem est ante omnia, cùm extra controversiam sit quod superi- ùs dixim⁹ *diff. 5. et 7.* illos qui sincero ac sim- plici corde observant concessa ac notissi- ma apud omnes sectas Evangelii præce- pta, cætera, si ignorant, non malitiâ igno- rare, (alioqui non servarent nota præce- pta humilitatis, modestiæ, charitatis &c.) sed infirmitate: eoque & salvari posse: Hoc igitur loco non id propriè quæri, an qui- cunque ex ullâ sectâ, notissima præcepta, ut fidu- ciam misericordiæ Christi, & charitatem erga proximum, sincerè custodiat, salvetur? quis enim de eo dubitet? sed an fieri possit, ut in omnibus nominatis sectis aliqui sint, qui notissi- ma illa præcepta simplici & sincero corde custodi- ant,